



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Empedocles æreos vel ferreos calceos gestavit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

Ifascharis. Nullum *as* in Libano  
 vel Antilibano. καλολιβανος, hanc  
 quaquam *as* ex Libano monte  
 effossum. Sarepta unde dicitur  
 Johannis Cocceji sententia  
 Aviro magno dissensum. Dubium  
 an veteres extra militiam cal-  
 ceos *are* vel ferro supfactos ha-  
 buerint. Neque de calceo ferri  
 supfacto hic locus exponi potest.  
 Nostra quondam de hoc loco sen-  
 tentia: Nova expositio nostra  
 ὄψιν κνημίδας h. e. ocreas notat.  
 Veteres cum ad praelium irent  
 ocreis ex *are* & ferro pedes  
 muniverunt. Unde allusio ad  
 denotandum bellicosos homines.  
 Verba sequentia דְּבַר דְּבַר ex-  
 plicata. Sensus ex eventu con-  
 firmatus. Ex Curtio mendum  
 sublatum. NICOLAUS  
 HEINSII encomium.

I

**D**E Empedocle Agrigentino  
 hoc singulare refert Ælian-  
 nus



nus, quod calceis æneis utebatur. Ἐμπεδοκλῆς, inquit, ὁ Ἀγριγεντῖνός ἀλκρυεὶ ἐχρῆσατο, ἔτι ὑποδήμασι χαλκοῖς: Empedocles Agrigentinus purpura utebatur & calceis æneis. Empedoclis calceos æneos fuisse, præter Suidam & Philostratum, confirmant etiam Favorinus atque Neanthes apud Diogenem Laertium, qui Empedoclem montis Ætnæi flammis abreptum consumptumque ex eo deprehensum prodiderunt, quod paulo post, quam comparere desiit, æreus illius calceus, in locis monti isti vicinis, inventus sit. Quare cum veteres tradant æreos Empedoclem calceos gestasse, unde Tertullianus, ad id alludens, quod Philosophus in ære, quidni & in auro, dixit, nescio cur Alexander ab Alexandro Neapolitanus ferreum Empedocli calceum tribuerit. Sed sive æreus sive ferreus fuerit Empedoclis calceus, utrumque fuit insolitum, & ab usu communi alienum. Unde & hoc exemplum tanquam singulare, & uni Empedocli proprium, eruditi homines observarunt. Tamen apud Mosen videri posset de

D ferreis

Æl. Var.  
Hist. lib.  
12, cap. 32.

Suid. in  
Ἀμύκλας  
& Ἐμπεδοκλῆς.  
Philostr.  
in Hellad.  
Diog.  
Laert. de  
Vit. Phil.  
lib. 8.

Tert. de  
Pal. c. 5.

Alex. Gen.  
Dier. lib.  
5, cap. 18.



Deut. 33.  
25.

ferreis atque æneis calceis fieri  
 mentio. In solemnī benedictione,  
 non tantum *præ filiis benedictum*, ac  
*fratribus acceptum* prædicat Asche-  
 rem, & quod *singat in oleo pedem*  
*suum*, h. e. possideat terram oleo  
 abundantem (quod jam olim à  
 Jacobo fuerat prædictum, qui in  
 divino suo vaticinio de Aschere  
 Gen. 49.20 pronuntiaverat, *pinguem esse ejus*  
*panem*, & postea confirmavit even-  
 tus, cum eam terræ partem Asche-  
 ris posterī occupaverint, quæ citra  
 Jordanem ad mare magnum fuit,  
 vino, oleo, ac imprimis pingui  
 tritico sæcundissima) verum etiam  
 quod sit כְּסֵל מִיָּסַד / h. e. uti  
 LXX. reddunt: Σίδηρος καὶ χαλκός  
 τὸ ὑπόδημα αὐτῶν ἔσται: & Vulgatus,  
*Ferrum & æs calceamentum ejus*. Sed  
 quia de hoc loco sunt variæ &  
 discrepantes interpretum sententiæ,  
 quorum nemo, ut mihi quidem  
 videtur, verum sensum est affecutus,  
 nostrum est accuratius hæc verba  
 exponere.

II. Quod fieri solet in vocibus  
 ἄπειξ λεγόμεναις, ut diversas forti-  
 antur interpretationes, idem con-  
 tigit voci כְּסֵל. *Pessulum* vertit  
 Arabs,